

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gula am  
cum uariis

Inicium uite hominis aqua et panis, gulosis autem non sufficient fructus arborum, non grana leguminum, non radices herbarum, non pisces maris, non bestie terre, non aues celi, sed queruntur pigmenta, parantur aromata et nutriuntur altilia, capiuntur obessa, que studiose coquuntur, ante cocos, que laute parantur officio ministrorum. Alius contundit et colat, alius confundit et conficit, substanciam conuertit in accidens, naturam mutat in artem, ut saturitas transeat in esuriem, reuocet ad appetitum; ad irrigandum gulam, non ad sustentandum naturam, non ad necessitatem supplendam, sed ad auditatem explendam.

Innocencius de uilitate condicionis humane.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Gula am] Gula an P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; grana] genera P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; aliis *om.* L<sup>2</sup>; artem] ariem M; ut saturitas...in esuriem *om.* (*cor. in marg. ab alia manu*) M; irrigandum] irritandum V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; sed ad...explendam *om.* (*cor. in marg. ab alia manu*) M; auditatem] auditatem P V<sup>1</sup>